



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

67 Missam celebrans sine aqua, & igne, aut in pane fermentato, & calice indecenti, est deponendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sunt, *cap. nocte. junct. gloss. 2. de consecr. distinct.*

64 Et prima, quæ ¶ media nocte celebratur, quo tempore Christus natus est significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris: secunda in aurora, tempus in lege, quando nondum plena cognitio habita fuit. Noctē prior, sub luce sequens, in luce suprema, sub Noë, sub David, sub cruce, *d. gloss. 2. & communiter loquendo Missa dici debet in die, & non in nocte; quia hoc sacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quod per diem significatur, nox præcessit dies autem appropinquavit. Paul. ad Rom. c. 13. cir. fi.* Secundò, fallit dicta regula deficiente alio sacerdote, qui Missam possit celebrare in adventu alicujus magni Principis, aut Episcopi, quos decet singulis diebus Missam audire, vel Episcopum dicere, *cap. su. de privil. lib. 6. & eadem ratione, supervenientibus peregrinis, etiam quod non essent personæ notabiles, si sub præcepto illo die ad audiendam Missam teneantur. Tertiò, cum statim dicta Missa corpus defuncti occurrit sepeliendum & viget consuetudo, ne sine Missa sepeliatur. Quartò, quando aliquis ita ægrotat, ut necessario sit communicandus & deficiat Eucharistia. Quintò, cum quis præest duabus ecclesiis unitis, duabus Missis indigentibus, & non est, qui alteram dicat. Sextò, ob nuptiarum benedictionem. Septimò, cum occurrit causa, quæ arbitrio boni viri justa judicatur; quia est licitum celebrare bis, urgente necessitate, ex tradit. per Navarr. *ubi supra.* Sed cautius putarem abstinendum, duobus casibus exceptis, in adventu principis, seu Episcopi, & quando necessario quis esset communicandus, &*

utroque casu, si ante purificationem fuisset requisitus, & calicis digitorumque purificationem sumere distulisset, quæ impedit secundæ Missæ celebrationem, *cap. ex parte, de celebrat. Miss. & gloss. fin. in cap. sufficit, de consecrat. distinct. 1.* In reliquis autem casibus, dictis duobus exceptis, puto à regula non esse recedendum, sed unicam tantum missam in die celebrari licere, per dictum *cap. sufficit, cum alijs supra, n. 62. allegatis.*

65 Quintò, ¶ missa debet celebrari super altari consecrato, & licet de jure communi non caveatur, qua pœna contrafaciens sit puniendus, cum sit omnibus notorium, Eucharistiæ sacramentum super altari non consecrato, confici non debere, altariaque, ubique lapidibus sacratis munita esse; pœna hujusmodi ¶ pro qualitate personæ, & loci, arbitrio Ordinarij videtur instigenda; quia non poterit contrafaciens evitare, quin deprehensus sit in negligentia crassa, & punibili, ultra quod fere ubique à conciliis provincialibus, & synodalibus, fuit in similibus apposita pœna, & facit *tex. in c. nullus presbyter. il. 2. de consecr. distinct. 1. & concil. Tridentin. decret. de obser. & evit. in 6. celebr. Miss. sess. 22. & concurrentibus alijs, quod veraretur in maxima negligentia, ¶ cum alias celebrans, etiam sine aqua, & igne, aut in pane fermentato, & calice indecenti, esset ab officio, & beneficio deponendus, cap. fin. de celebrat. Miss. & ibi Abb. numer. 1. Quia hæc esset supina ignorantia, quæ dolo æquiparatur ad depositionis pœnam ineurendam ut ibi Abb. numer. 2. Et pro dilicto enormi potest fieri depositio, cap. tua, & ibi gloss. & Abb. n. 1. de pœn.*

L II

Sextò,